Pro Ecc.a campestri SS.
Vitalis et Valeriæ

Hæredes q. Pbri Baptæ Pusterle doceant cur solvant tantummodo lib. 13. vigore capitalis exbursati ab Ananio de Marinonibus legatario cum ex testamento constet legatum esse trium aureorum

Impensis R. Jacobi Arigoni restauret. Ecclesia SS. Vitalis et Valeriæ quoniam tota structura antiqua ruinam præsefert nec ubi parietes ansam aliquo adminiculo adiuvari possunt ideo tota demoliatur et super fundamento antiquo nova Ecc.a construatur aliquibus additamentis ornata et eius altitudinis ut quæ cum latitudine respondeat.

Unica ianua fiat in fronte Ecc.æ illaq. claudatur pessulo et clavi asservanda a Parocho, vel alio per Vicarium foraneum

Calix ematur cum patena et purificatorijs

ij. Corporalibus et pallis 4. Albis 2. Amictis 4. mantilibusq ad manus abstergendas 4.

Paramentum cum pallio casula stola manipulo saccul et pulvinari sericeum rubei coloris.

Aliud paramentum ex eadem materia et forma et cum eisdem additamentis conficiatur ex drappo sericeo albi coloris

Mappe due longiores, et quatuor breviores ad altare sternendum Sella seragrilis candelabra cum Cruce et tintinabulo.

Paruum armarium fiat in quo suppellex asseruari tute possit que omnia execuantur impensis R. Jacobi Arigoni Capellani iuxta ordinationes Apostolicas intra biennium sub poena suspensionis ipso facto incurrenda.

Idem

foraneam deputando

Fenestre duæ aperiantur aut quatuor pro ut libuerit, et illæ muniantur clathris et tela cerata

Tectum duplicetur assseribus

Pavimentum sternatur opere latericio, aut coementario.

In capite eiusdem Ecclesiæ Capella fornicata ædificetur latitudinis ⊕ 6. et longitudinis totidem, ad eam ascendatur in limine capellæ per gradum unum et ante altare sit gradus scilicet cum scabello, seu bradella nuda

Clathra ferrea sepiatur capella quæ super gradu scilicet affixa sit.

Tota Ecclesia intrinsecus, et extrinsecus calce incrustetur et dealbetur.

Icon in altari collocetur coronicibus ornata in qua depictæ sint effigies Sanctorum Titularium a latere B. M. V. puerum redemptorem in gremio gestantis.

97

Idem Capellanus singulis annis eroget Parocho aureos nummos duos pro solemnitate Sanctorum Datalarium celebranda ad quam saltem sacerdotes sex conaret qui in ea primas et secundas Vesperas canant sacrum singuli faciant et Missam solemniter decenter celebrent.

Libras quinquaginta sacerdoti approbato qui de licentia nostra in hac Ecclesia diebus Dominicis celebret et ceram uinum Clericum prout et alia necessaria pro sacro faciendo subministret.

In quibus exequendis si minus diligens se prestiterit Vicarius foraneus Nos certiores reddat aut Vicarium Nostrum Generalem ut uia iuris et sequestri compelli possit.